

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiae Majestatis
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

Cocceji, Samuel von

Lipsiae, 1766

LIB. XII. TIT. VII. De Condictione Sine Causa.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9044

LIB. XII. TIT. VII.

DE

CONDICIONE SINE CAUSA

Qv. I. Quotuplex sit haec conditio sine causa?

RESP. Duplex (1) *Generalis*, qua cum prioribus concurrit, quia *Laut. pag.*
R in omnibus deficit justa causa, & deficiente causa deficit jus. (II) *208. verb.*
Specialis, quæ toties, quoties nulla priorum locum habere potest, in
 subsidium datur: Uti (1) si, causa, quæ initio erat, postea casu aliquo
 deficit esse. *L. 2. h. l. 2. C. h. l. n. §. 6. Et f. de Abt. emt.* (2) Si
 debitor rei culpa sua amissæ pretium solvit, re postea inventa, condi-
 ctio datur. *L. 2. h.* (3) Vi possessione dejectus rem repetit condicione sine causa. *L. 25. §. 1. furt.* (4) Instrumentum quod soluto
 debito penes creditorem sine causa manet, condicitur. *L. 2. C. h.* (5)
 Si quis rem alienam bona fide consumisit, condicitur pretium. *L. n.*
§. f. l. seq. Reb. Cred. (6) Si annulus arrha nomine datus, &c., pre-
 tio ac re solutis, retentus sit, datur conditio sine causa. *L. n. §. 6.*
abt. Emt. etc.

LIB. XIII. TIT. I.

DE

CONDICIONE FURTIVA.

Qv. I. Anne haec sit ipsa conditio ob turpem causam?

AFFIRM. Sed, quia singularia quædam habet, seorsim tractatur.
 Singularia autem sunt (1) quod semper sit turpitudo ac-
 cipientis, indeque semper detur conditio, cum conditio ob tur-
 pem causam aliquando cesseat, si scil. utriusque est turpitudo. (2)
 Quod detur ei, qui dominus est: Quod rationi conditionum ma-
 xime adversatur; nam per conditionem juris Gentium intendo
 dari oportere, id est, ut dominium in me transferatur: In hac con-
 ditionis specie autem nunquam amisi dominium, indeque dari
 mihi non potest, quod meum adhuc est, neque enim tunc conditio
Cocc. J. C. P. I. *Rrrr* *da-*

